Stampata nel vol. 2° p. 276
dell'ediz. lionese delle Opere
latine del 1536-37

Maria [illegible]

ANNELENAE MALATESTAE
GRAVISSIMAE ET RELLIGIO
SISSIMAE MULIERI SIGIS
MUNDUS STUFA S·D·P· SCRI
PSERUNT AD ME AMICI QUI
DAM EULOGIA NONNULLA
UT DOLOREM CONSOLAREN
TUR QUEM EX OBITU ALBIE
RAE DULCISSIMAE UXORIS
MEAE NUPER SUSCEPI· HA
BUERUNT MULTUM PONDE
RIS UT QUOD NUNQUAM PU
TAVI FORE UT VIVEREM SI
NE LACRIMIS IAM RESIPI
SCERE INCIPIAM ET MINUS
ADVERSARI VOLUNTATI DI
VINAE· EA MITTO AD TE SI
EANDEM VIM HABERE TE
CUM POSSINT· SCIO N TE
QUOQ EGERE CONSOLATO
RIBUS QUE TUA IN ALBIE
RAM PIETAS FUIT· VALE

[illegible]chs aura secunda tu[illegible]

ANGELI POLITIANI EPICEDION IN ALBIERAM SISMUNDI STUPHAE SPONSAM IMMATURA MORTE INTERCEPTAM

ET merito quis enim tan
tum perferre dolorem [illegible]n
Aut quis [illegible] te
peret a lachrimis.
Sed tamen heu frustra
crudelia sydera damnas
Sismunde et frustra numina surda uocas.
Proh dolor ha quantos rapta proconiuge fletus
Ingeminas. quantus perluis imbre genas

S ollicitas [illegible] miserumque parentem

Inque tuo tota est uulnere nigra domus

N igra domus tota est flent mesti ad limina ciues

Flent socii lachrimis et tua damna piis

I pse ego qui dudum reges magno ore canebam

Da relatis danaque argolica pergama rapta manu.

H eu nil dulce sonans taceo iam bella tubasque

Et refero ad nigros carmina mesta rogos.

N ec tecum infaustus uates consortia luctus

En repeto et querulam pectine plango lyram.

H ec Sismunde tuos gemitus egrumque dolorem

Arceo. sunt lachrymis funera digna piis.

M aius habes uulnus secreto in pectore quamquam

Te deceat madidas non habuisse genas.

N am poteras dudum nulli inuidisse deorum

Dum subiit uelis aura secunda tuis

H unc ubi dira suum uertit fortuna tenorem

Uxor abest anime portio magna tue.

U xor abest heu heu sed qualem nulla anni tulerunt

Secula. sed qualem tempora nulla ferent.

U ni quicquid habet dederat natura decoris

Uni etiam dederat gratia quicquid habet

C andor erat dulci suffusus sanguine qualem

Alba fuerunt rubris lilia mista rosis.

U t nitidum leti radiabant sidus ocelli.

Sepe amor accensas rettulit inde faces

S oluerat effusos quotiens sine lege capillos

Infesta est trepidis uisa diana feris.

S iue iterum abductos filum collegit in aurum

Compta cytheriaco est pectine uisa uenus.

V sque illam parui furtim componere amores
Sunt soliti et facili gratia blanda manu .
A tque honor et teneri iam cana modestia uultus
Et decor et probitas purpureusque pudor
C asta fides risusque hilaris moresque pudici
Incessusque decens nudaque simplicitas
Q ue cuncta incineres fati grauis intulit hora
Mors cuncta inmiti carpsit acerba manu .
O ccidis Albiere prima fraudata iuuenta
Exigeres uite cum tria lustra tue .
O ccidis amborum correpta ante ora parentum
Occidis ante tui lumina mesta uiri
h ah dolor / i nunc et rebus confide secundis
Quas fortuna leui fertque refertque manu .
T olle animum et uicto molire ex hoste triumphos
Laurigerum morti subicicere caput .
E rige tenareis radiantia tecta columnis
Parca tamen rapida te trahet inde manu .
I ngenio forme ualide confide iuuentę
Albiera ecce graui morte soluta iacet .
T u mihi nunc tanti fuerit que causa doloris
Attonito uati mesta thalia refer .
A nnua pelliti referentem sacra iohannis
Extulerat roseo cynthius ore diem .
C um celebres linquens Syrenum nomine muros
herculeumque petens regia nata thorum .
C andida syllanae uestigia protinus urbi
Intulerat longe fessa labore uię
P ro se quisque igitur pueri iuuenesque senesque
Matresque et tenere splendida turba nurus .

Illius aduentum celebrant atq; unicus urbis
Est uultus festo murmure cuncta fremunt

Est uia panthagiam syllani nomine dicunt
Omnibus hic superis templa dicata micant

Hic domus ethereas perrumpens lezia nubes
Prouehit ad rutilos culmina celsa polos

Quam prope uidentes submittunt prata colores
Pictaq; florifero germine uernat humus

Hic dum cornipedes primi sub carceris oras
Thyrrene expectant signa canora tube

Regia nata leues gaudet celebrare choreas
Iamq; nurus certa brachia lege mouent.

Emicat ante alias uultu pulcherrima nymphas
Albiera. et tremulum spargit abore iubar.

Aura quatit fusos in candida terga capillos
Irradiant dulci lumina nigra face.

Tamq; suas uincit comites q̃ lucifer ore
Purpureo rutilans astra minora premit.

Attoniti Albieram spectant iuuenesq; senesq;
Ferreus est quem non forma pudor ue mouet.

Mentibus Albieram letis plausuq; secundo
Albieram nutu lumine uoce probant

Vertit in hanc toruos rhamnusia luminis orbes
Exiguoq; mouet murmura parua sono

Tum misere letale fauens oculisq; nitorem
Adicit et solito celsius ora leuat.

Tantaq; perturbans extemplo gaudia tristem
Qua pereat uirgo querit acerba uiam

Hic febrim ethereas carpentem prospicit auras
Exerere icarius dum parat ora canis.

Illam herebo nocteque satam comitantur euntem
Luctusque et tenebris mors ad operta caput
Et gemitus grauis et gemitu commista querela
Singultusque frequens anxietasque ferox
Et tremor et macies pauido & insania uultu
Semper et ardenti pectore hanela sitis
Horridus atque rigor trepideque insomnia mentis
Inconstansque rubor terrificusque pauor
Marmaricique trahunt dominae iuga curua leones
Ignea quis rabido murmure corda fremunt
Vertice diua feras ardenti attollit echidnas
Que saniem stygio semper abore uomunt
Sanguinei flagrant oculi caua tempora frigent
Colla madens sudor pectora pallor obit
Atque animi interpres liuenti lingua ueneno

Manat et atra quatit feruidus ora uapor
Spiritus unde grauis tetrum deuoluit odorem
Letifera strident guttura plena face.
Sputa cadunt rictu croceo contacta colore
Perpetuo naris laxa fluore madet
Nulla quies nullique premunt membra arida somni
Faucibus infalsis tussis acerba sonat
Risus abest rari squalent rubigine dentes
Sordida lunato prominet ungue manus
Dextera fumiferam prefulgens lampada quassat
Sithoniasque gerit frigida leua niues
Illi templa olim posuit romana propago
Abstinuit seuas nec tamen inde manus
Sacra illam actiaco tenuere palatia phebo
Quique olim uicus nomine longus erat

A rea quin etiam dire templa ardua febris
Ostendit marii que monumenta tenet
h oc ubi crudelis uidit rhamnusia mostrum
Exacuit seuo lurida corda sono
A spicis hanc inquit uirgo sata nocte puellam
cuius et hinc radiis ora serena micant
Q ue gaudet fati sortisq; ignara future
Quam digito atq; oculis densa caterua notat
h anc niue tu gelida rapidis hanc infice flāmis
Sic opus est uires sentiat illa tuas
D ixerat et pariter gressumq; auertit et ora
Non oculos poterat iam to leuare truces
C ontinuo ardentes stimulis citat illa leones
Terq; repetito uersat inorbe facem
I nterea humentem noctis uariantia pallam

hesperus inrutilo sparserat astra polo
A lbiera in patrios iam candida membra penates
Intulerat molli consiteratq; thoro
I am tenero placidum spirabat pectore somnum
Venit ad obstrusos cum dea seua lares
Q uo dea quo tendis? non te lachrimabilis etas?
Non te forma mouet? non pudor aut pbitas?
N onne mouent lachrymeq; uiri lachrymeq; parentū?
Mortalem potes ah perdere seua deam?
L imina contigerat, tremuerunt limina pallor
Infecit postes et patuere fores
V irgineum petit illa thorū pauide q; puelle
Pectore abosceno talia dicta refert.
Q ue placidam carpis secura mente quietem
Et fati et sortis nescia uirgo tue

N on dum seua mee sensisti uulnera dextre
Que tibi ego et mecum que tibi fata parant
S tat uacua tua parca colo: moritura puella
Ne geme. qum dulce est uiuere dulce mori est
S ic ait estiferamque excussit lampada et acres
Virginis iniecit dura sub ossa faces
T um letale gelu ingens guttisque ueneni
Inserta heu uenis effugit inde nece
E xcitat illa graui geminos clamore parentes
Aduocat absentem nuntia fama uirum
V icine extemplo matres trepideque puelle
Conueniunt teneras imbre rigante genas
I am fera uirgineas populatur flamma medullas
Iam gelida torpent horrida membra niue
L iquitur infelix non ars operosa medentum

Non facta a misero coniuge uota iuuant
L iquitur et quanquam dire uestigia mortis
Cernit et extremum sentit adesse diem
C orde tamen gemitum premit et spem fronte serenat
Tristitiamque acie dissimulante tegit
S cilicet augeret trepidi ne dura mariti
Lamenta, et curas anxietate graues
I am decima infaustam referebat lampade lucem
Cynthius et picea texerat ora face
C um misere extremus iam presserat error ocellos
Fugerat heu uultus fugerat ore color
A spicit illa tamen dulcem moritura maritum
Illum acie solum deficiente notat
I llius aspectu morientia lumina pascit
Mens illum e media morte reuersa uidet

Q uis tibi tunc Sisimunde dolor? cum uirginis artus
Aspiceres anima iam fugiente mori?
N on tamen illa tui non illa oblita parentum
Te uocat et tales fundit abore sonos
P ars anime Sisimunde mee: si coniugis in te
Quicq̄ iuris habent ultima uota tue
P arce precor lachrymis uixi cursumq; pegi
Iam procul a uobis me mea fata uocant
I mmatura quidem morior sed pura subumbras
Discedam et nulla sordida facta tabe
D iscedam uirgo facibus nec uita maritis
Cessit: coniugii nil nisi nomen habes.
E st mihi dulce mori uitamq; rependere fame
Edita mortali conditione fui.
A t nisi nunc morerer fueram moritura subinde
Est mihi dulce etiam te superante mori
N il mihi iam poterant anni conferre seniles
Vita breuis longi temporis instar habet
M i dederat teneri leges natura pudoris
Mi dederat mores cum probitate pios
N il mutari in me cuperes nisi tristia fata
humanae uici conditionis opus.
V idi ego te summi defunctum munere honoris
Vidi omnem festa pace nitere domum
E t nisi me gemini possunt nil flere parentes
Parce igitur manes solicitare pios
P arce precor lachymis coniunx sic letus in auras
Euadet tenues spiritus inde meus.
M esta sed amborum nimis ha nimis ora parentum
Solare heu nostro torpet in ore sonus

Heu rapior: tu uiue mihi tibi mortua uiuam.
Caligant oculi iam mihi morte graues
Iamque uale o coniunx: carique ualete parentes
Heu procul hinc nigra condita nocte feror
Sic ait et dulcem moriens complexa maritum
Labitur: inquit illo corpus inane iacet
Corpus inane iacet cara ceruice recumbens
Coniugis heu fati tristia iura grauis
Hoc licuit uobis o ferrea pectora parce?
Credo ego iam diuum numina posse mori
Quis nunc quis gemitus miserorum et uerba parentum
Nesciat in tantis heu repetita malis?
Ora rigat lachrymis frater: rumpitque capillos
Mesta soror teneras et secat ungue genas
Non secus hectoreo troiane in funere matres

Fleuit.

Fleuerunt scissis publica fata comis
Implentur clamore lares: clamore resultant
Atria: luctisonis fletibus aula fremit
Heu quid agas coniunx? que uocem in uerba relaxes?
Quo fletu incuses tristia fata miser?
Non lachrimas miserandus habes: non uerba dolentum:
Attonitus pigro torpet in ore sonus.
Extincte ingeminas tamen misera oscula et arcte
Impedis amplexu frigida membra pio
Dilectosque premis uisus: premis ora: nec ullum
Inuenit inclusus pectore luctus iter
Quoque magis mensum premis alto in corde dolorem
Hoc magis ille furit estuat atque magis
Sic magis inclusus furit intra obstacula torrens
Que si dimoueas lenior inde fluet.

Q uin etiam inuise rupisses uincula uite
Coniugis ut manes prosequerere pios
S ed prohibent fratres, et blandi cura parentis
Sed prohibent; pectora fida tui. socii
I am uirgo effertur nigro composta feretro
Desectas humili fronde reuincta comas.
H eu ubi nunc blandi risus? ubi dulcia uerba
Que poterant ferri frangere duritiem?
L umina sidereas ubi nunc torquentia flamas?
Heu ubi puniceis emula labra rosis?
P roh superi quid non homini breuis eripit hora?
Ah miseri, somnus et leuis umbra sumus.
N on tamen aut niueos pallor mutauerat artus
Aut gelide macies sederat ore grauis
S ed formosa leuem mors est imitata soporem

Is nitidos uultus oraque langor habet.
V irginea sic lecta manu candentia languent
Lilia et emixtis facta corona rosis
H ic ceu nulla prius fuerint lamenta: nouatur
Luctus et indignis imbribus ora madent.
P recedit iam pompa frequens, iam mesta sacerdos
Verba canit: sacris turribus era sonant.
F unerea ciues pullati ueste sequuntur
Et spargunt mestas rore madente genas
D ensaque plebs uidui deplorat fata mariti
Atque illum digito luminibusque notat
O quantum impexi crines, oculique geneque
Noctis habent? quantus nubilat ora dolor?
Q uid nunc exequias celebres? opulentaque dicam
Munera? quid donis templa referta piis

O mnis ceratis radiat funalibus ara

Omnis odoratis ignibus ara calet.

Æ ternamq; canunt requiem: lucemq; uerendi

Sacricolę: et lymphis corpus inane rigant.

E t tandem gelidos operosi marmoris artus

Includit tumulus: et breue carmen habet.

H oc iacet Albierę pulchrum submarmore corpus

Nulla quidem tantum marmora laudis habent.

E xornat tumulum corpus: sed spiritus astra.

O quanta accessit gloria lausq; polo :·

NALDI DE NALDIS EVLOGIVM IN ALBIERAM ALBITIAM MORIENTEM AD SIGISMVNDVM STVPHAM EIVS SPONSVM

H VC quecunque tenes arni uada fluminis: aut que

Incolis etruscas nympha pudica domos.

E t quecunq; pię mores imitata dianę

Prosequeris castos per iuga sūma choros.

H uc precor ut uenias pectus percussa decorū

E t manibus mestas dilaniata comas.

N anq; fluentinis formosior una puellis

Occidit albitię fama decusq; domus.

O cecidit Albiere fato pia forma nefando
Cura patri misero: cura dolenda uiro.
Nec fuit indignum seuissima numina parce
Illius heu plenas sic lacerasse colos.
Vix hec infoelix uite tria lustra peregit
Cum cecidit seue facta rapina neci
Profuit albitie nil optima forma puelle
Qua poterat superas urere pulchra deas
Ah quotiens dolitura nefas uenus aurea dixit
Illa cupidinibus altera mater erat.
Quid iuuat ingenium? uariis qd lingua figuris?
Pallada quid prodest mille referre modis?
Quid ue pudicitiam penitus seruasse? qd aureis
Moribus eruscas exsuperasse nurus?
Optima queque rapit tollens tria cerberus ora
Deterius numeris preualet omne suis.
Flos erat ipsa cadit. moriturque polyxena uirgo
Iam sene tam miserum matre uidente nefas.
Interpres superum cecidit cassandra deorum
Hecuba delirans inde superstes erat
Quid referam patris prote. quid uota mariti?
Plura licet fuerint nil ualuisse tamen
Atra dies aderat uite tibi terminus acte
Fortibus illa quidem sepe tremenda uiris.
Iam stabat uacuaque colo dea de tribus una
Vt secet auratas liuida parca comas
Cum solata uiri cum tu solata parentem
Intrepidis loqueris talia uerba modis
Sancte qd heu coniunx lachrymas ita fundis acerbas?
Quid pater ingeminas uerba dolenda refers?

T ristiaque uite disrumpit stamina clotho
Non audit miseras inuidiosa preces.
I lla proterua magis semper magis improba seuit
Quo magis est meritus exagitata piis
H e ue quod illa manus iam nunc inferre moratur
Id facit a uerbis parca retenta bonis:
S ed quia saturni superis expectat ab oris
Improba de nobis tristia signa dari.
Q ue simul accipiet non me remorabitur hora:
Lurida sed nigras inferet illa manus.
N on genus albitium. talis neque gratia forme
Spectatis qualem proderit ulla mihi
N on decus heu fame non uita pudica nec etas:
Me queat e nigris eripuisse rogis.
N il sismunde tibi fuerim quod sponsa iuuabis

Me tua defendet mutua cura mihi.
N il prodesse queat cari mihi cura parentis
Is licet assiduo corda dolore premat.
P roderit haud populus faciens mihi uota benignus.
Vota procellosis illa ferenda nothis.
E st calcanda semel cunctis uia mortis acerbe
Omnibus atra semel stix adeunda palus.
D iscite qui statis iuuenes teneraeque puelle
Terrenis solidum rebus adesse nihil
P lura locuture gelidum mors improba pectus
Occupat et seuas iniicit usque manus.
I lla graues tollens oculos uix pectore ab imo
O pater o coniunx inquit amate uale
D ixerat. et fatis tandem confecta malignis
Deserit in gelido candida membra toro

Hic quos clamores dederit pia turba dolentum
Musa licet faueat: nemo referre queat.
Nam patris ut sileam gemitus: sileam ue mariti
Utque pius lachrymas fudit uterque graues:
Astabant matres lecto: tristesque puelle
Copia carminibus non referenda meis
Quelibet ac miseris tundentes pectora palmis
Figebant gelidis oscula mesta genis.
Tractabant alie deuertice crinem. niueum
Posset apollineas qui superare comas
Atque aliqua ex illis dixit fera pāca supremas
Iam potes e medio tollere acerba deas
Iam potes insuperos tua iura tenere beatos
Si cecidit manibus sic dea tanta tuis
Nam uelut hec fuerat formosior una deabus

Credideram penitus ne moritura foret
Hec cum nympha tibi non exaudita referret
In nemus elysium candida uertis iter
Huc te mortales nulle comitantur euntem:
Sed quibus in superas sunt loca certa domos.
Relligio. pietas te sunt charitesque secute
Te decus ingenium purpureusque pudor
Quid memorem sctamque fidem: caram ue sororem:
Icarea lances que tenet arte pares
Teque pudicitie decor aureus. aurea sume
Forma uenustatis rite secuta fuit
His comes irriguos fontes: et amena uireta
Deuenies nuribus prata tenenda piis
Per tyberim rome matremque sola deorum
Traxerat / occurret claudia prisca tibi.

Illa manu capiens te per nemus ire docebit
Erudiens cultus casta puella pios
Hic expectabis fidum dea facta maritum
Mortales donec deserat ille uices
Est ubi tam tristi fatorum sorte negatum
Dum superes: tecum uiuat ut ille simul.
Sitis ut hic iunctis animis et mente futuri
Dum sol occiduas ingredietur aquas.

EVLOGIVM PRO ALBIERA PVELLA FORMOSISSIMA QVAE GISMVNDO STVFAE SPONSA Ĩ MATVRO FVÑE DIEM OBIIT. VGOLINI VERINI FLORẼTINI

Desine chare precor lachrymas effundere coniunx
Iam parce nobis ultima fila legunt.
Desine fatorum seriem legesque seueras
Etherei incassum sollicitare iouis.
Mors sua quemque manet: mortales nascimur omnes
Omnibus est natis atra uidenda dies.
Non licuit tecum fatalem explere senectam
Legitimoque toro pignora chara dare.

S ed subito ante diem teneris extincta sub annis
Ethereos standam uirgo pudica polos
A ntea q̄ sacris tedis: et lumine claro
Coniugium nostrum percelebraret himen
I am iam deficio: nigrescunt omnia circum
Iam carne absumpta pascitur ossa febris
A rridaque in sicco glomeratur lingua palato
Vt uix extremos reddat adusta sonos.
A nte alios ueneranda parens/ genitorque ualete
Et finem lachrymis ponat uterque precor
I am non infernas caron me uectet ad undas
Vt sim tricerbero preda nouella cani.
N on ego tantaleos cernam sitibunda liquores
Non tollet nostros dira celeno cibos
N on inter danai trudar rimosa puellas

Vt repleam nigris dolia semper aquis
N on ego Sisifeam molem: scopulosque cadentes
horrescam: et strepitus seua megera tuos.
N on aliae eumenides cunctae serpentibus atris
Eterno quatient pectora nostra metu.
N on me uallis iners scyticis concreta pruinis
Vrgebit: calidae nec phlegetontis aquae.
N on alias scelerum penas/ quas gnosius orci
Arbiter infligit: cum huic umbra nefas.
h ec maneant sontes ditis loca tetra puellas
Non facit ad mores impia terra meos
E st locus in coelo platanis lauroque uirenti
Nobilis: et nitidis semper amenus aquis
I llic sydereis demulcet cantibus auras
Psitacus: et niueo pectore cantat olor.

V et ubi perpetuum florentes gramine campos
Vestit. et assidue uentilat aura nemus
I llic uirginei cantus. casteque puelle
Concelebrant laudes diua maria tuas
Q uo meus exemptus terrestri carcere tendet
Spiritus. ut uita iam meliore fruar
I am gismunde uale quondam charissime coniunx
Dum uixi. uita charior ipse mea
A ltera iam coniunx secunda prole paratur
Que pilii tecum secula regis aget.
N on tamen hec lachrymas potuit retinere cadentes
Diceret ut moriens sepe marite uale.
N on sic dilexit carie artemisia regem
hemonium non tam laodomia ducem.
N on procris: aut alie quecunque arsere maritum

Albieram quantum nobilitauit amor.
A t postquam ethereas accessit spiritus auras
Restitit in molli corpus inane toro
N ec iam purpureo rubuerunt membra nitore
Sed gelida infecit pallidus ora color.
N on aliter uerni languescunt grandine flores
Quos niger horrendis contudit imber aquis
Q uis posset flendo tam mestum equare dolorem
Hunc sunt flebilibus carmina danda modis
C armina nunc uestro lugubria dicite uati
hippocrinei turba canora iugi
F luminis hinc instar lachrymis rorantia frater
Spargit: et hinc pugnis uerberat ora soror
V estibus hinc laceris clamabat ad ethera mater.
Hec puduit scissis exululare comis.

V ix tribus hec unum lustris adiunxerat annum:
Ibit ad infernos non reditura lacus
Q uid tibi nobilitas? quid opes? qd forma? qd etas?
Profuit? heu morti subdita cuncta iacent
h inc pater: hinc coniunx stabant sine uoce gemētes
Vexabat miseros tantus utrosq; dolor.
T ecum omnis periit splendor: formeq; uenustas
Albiera etrusceq; nobilitatis honor.
I nte congessit quicqd uenus aurea: quicqd
Pallas habet: quicquid iuno superba boni.
C ui pater albitius romana a stirpe creatus
Cui soderina parens nobile utrunq; genus
C ui fuerant sancti formoso in pectore mores
Nec dispar facies nobilitate fuit
N ec minus idalio coniunx formosus adone
Nec fuit Albiera pulchrior ipsa uenus
I nuidit fortuna tibi: parceq; maligne
Fregerunt ruptis aurea fila colis
A st herato ut talem sensit periisse puellam
Sustulit e cultis laurea serta comis.
C andida iactauit sparsos per colla capillos
Lumina nec madidis sicca fuere genis
P egasidum tum forte choros ducebat ouantes
Qua nitidis currit thessalus amnis aquis
S ed ne tunc merito fraudaret honore puellam
Defuncte ut dignas conferat exequias
I nsigni tumulum titulo signauit inanem
Ventura ut non possit noscere posteritas
I mpressitq; duos natiuo in marmore uersus
Thespiadum stillat qua sacer humor aque

E sset ut Albierę ęternum per secula nomen
Eriperet tantum ne libitina decus.
A lbiera hic posita est longe pulcherrima rerum
Cui fuerant mores nobilitate pares
T um siluam umbriferam: penneiaq; antra subiuit
Ut moesta in tenebris funera acerba gemat:-

CANTALYCII AD GENER-OSVM VIRVM SIXMVN-DVM STVFAM DE ALBIE-RAE VXORIS OBITV E-LEGIA

S i lachrimas unq̄ magni meruere dolores:
Funera si sparsis digna fuere comis.
S olue tua crines nunc orba fluentia nympha
Et sonet in moesto pectore crebra manus.
A h nimium uiridi tantus flos occidit ęuo
Ah decus. ah quantum sustulit una dies.
I lla tuis quondam formosa corona puellis
heu iacet intepido dulcis alumna rogo.

Ipse pudor castę flet tristia fata parentis
Et tu germanam mos ueuerande tuam
Aspice quanta precor lachrymarę flumina potent
Naiadum lateri nereidumque sinus.
Extinctam ueluti dryades si forte dianam
Lugerent: comptas deposuere comas.
Illarę cantus uetitis siluere choreis
Moestaque funerea nenia uoce sonat.
At cui corda deus tam ferrea pectore fecit
Vt uideat siccis talia fata genis.
Proh dolor alphei uix tertia palma puellę
Contigerat, filum cum secuere deę.
Hescia mors hominum uite dare uota caducę
Ante diem nimium quę placuere metit
Immo uel imposita fatorum lege tremenda

Falce rapit toto quicquid in orbe uidet.
Obuia subuertit nunc inclyta regna tyranni
Nunc hominum uarias impia sternit opes.
Nunc fora. nunc laurum. nunc linguā seua trucidat
Ethica nunc: celi nunc metit illa sophos
Nunc marti galeas et fortia pectora belli
Surripit: hos tristi funere mergit aquis
Nunc miseris natis caros rapuisse parentes
Gaudet et indignis imposuisse rogis.
Dulcia de matrum gremio modo pignora tollit
Vbere nec dubitat diripuisse pio.
Nunc noua coniugii felicia federa rumpit
Diuiditur caro dum noua nupta uiro
Hec Sixmunde tibi doctissime dira pepercit
Abstulit Albieram quę modo falce tuam.

O felix sponsa, foelix o sponsa marito
Tempore si longus hic hymeneus erat
F oelix nempe torus nimium foelixque cubile
Cernere uos una si licuisset erat
I lla tibi lunis totidem quot uixerat annis
Vixit ad arbitrium pacta puella tuum.
S ed tibi nulla pium moueant suspiria pectus
Vincat et expertum nulla querela uiri
P allida non errat nigras tua sponsa per umbras
Nec timet infernum candida uirgo canem
C elitibus coniuncta piis, et mixta choreis
Quas pia uirgineum uexit ad astra decus
I lla nec ignotis moriens decessit in oris
Vt foret a rabidis dilaceranda canis lupis
C ara parens manibus fugientis clausit ocellos

Et patria natę corpora texit humo
T e tenuit moriens dextra moriensque rogauit
hec tibi quod forti mente ferenda forent.
H ouerat illa suę castissima tempora uitę
Estque sibi nasci non sibi uisa mori
C ur gemis albieram quę te super alta moratur
Sydera? non lachrymas talia damna petunt.
I pse fluentinis nuribus dimitte querelas
his madeant lachrymis ora: sinusque gemant
V tque tuos ualeas leuius lenire dolores
Cerne quibus queso sit sita nympha locis
C uraque cum primum cessauerit atra memento
Illius incultum thura cremare focis
ho c dea non lachrymas gemitus nec poscit amaros
hec sunt albierę numina digna tuę.

Foelix cui licuit fidam Sixmunde tonantis
causidicam celsos inter habere thronos :,

MVSA ADLOQVITVR LIBRVM

Surge liber nigram tristis nunc
indue uestem:
Nanqꝫ color lachrymis con
uenit ille tuis:
Vade: dolor sit iam nunc sinat ire nephandus
Quem capis: atqꝫ anne casta sacella pete

Tu tamen hic dubius ne sis aut inscius erres
huc iter ista tibi signa notanda dabunt.
Inuenies pontem : qui tertius imminet undis
Quas arnus placidis in mare uoluit aquis
Que surgunt fesulis post hec subfulta columnis
Candida templa petes : spirituamqꝫ domum
hunc a fronte locum : quo mitteris inde uidebis
Est modo qui gradibus meta futura tuis
Veneris huc postqꝫ primum prece numen adora:
Quod sibi precipuum casta sacella colunt.
hinc ubi conuersus pulsaueris hostia solers:
Que tibi prima domus interioris erunt.
hostia pulsanti custos reserabit amicus:
Nanqꝫ patet castis protinus ille locus
Atria iam subiens cernes loca digna uideri

Plurima: te quorum non remoretur amor
Q uo minus annalenam liber hanc mestissime uisas
Que grauis accessus est tibi causa tui
V estales quamque spectabis inordine castas
Fundentes sacras in sua uota preces:
I nuenias licet ipse locum: qua parte fuisset
hec tibi. que lachrymas suggerit usque graues:
S ed puto non facies: nam sunt grauiora fatemur
hec precepta: damus que tibi parue liber
T e nihil e heu poterit uideo retinere ruentem:
Quo minus hunc adeas inspicias ue locum.
Q uo minus: hec miseris implens loca questibus amens
Effundas querulis uerba dolenda modis
P arcius ista tamen: linguis quia forte tacendum
Est ibi: tu facies parcius ista tamen.

C um dederis lachrymas nullis clamoribus actas
Impleris tacitus cum tibi corda dolor:
A nnalenam properans adeas: dominamque salutes
Si dare qua careas meste salute queas:
H anc ubi conuenies sacrata in sede locatam:
Que tibi diuini numinis instar erit
D ic quo consilio: quibus aut rationibus actus
Viseris hanc: uel sit que tibi causa uiae
D ic age: sed uultu qualem decet illius esse
Qui miser in lachrymis tempora longa terat.
D ic liber albieram sic te doluisse cadentem
Dum ruit heu fatis rapta puella malis
V t nihil acciderit quondam tibi tristius usque:
Nec sit quod grauius pertimuisse queas
V t phaetontiadum fuerint que dura sororum

hec eadem possis fata timere liber.
C um tamen hec ita sint non minor ille: supremus
Sit quamuis sapiens quem capit anna dolor.
D icitur hec etiam lachrymas fudisse pudicas
Albitiq; fato uirginis acta graui.
N ec mirum. sic anna piam dilexit alumnam
Pignora sola uelut anxia mater amat
h anc ubi sis igitur sacro ueneratus honore
Insuper hec illi pauca sed apta refer.
N on ego te mater iubeo deponere curas
quas tam legitimo uicta dolore geris:
h ec tantum facienda putes nunc anna rogabo:
Que facienda tamen sunt quoq; uisa mihi
V t tantum spatii tribuamus uterq; dolori
Et tantus nostris sit modus ut lachrymis

I llius ut memores solitum seruemus amorem
hanc ut uterq; prius nunc et uterq; colat.
T u precibus sacrum castis augebis honorem
Est quem promeritis nuper adepta suis
A st ego que totum fuerint celebranda per orbem
Illius in nomen carmina sancta canam
S ic ea te superis melior duce fiet in oris
Viuet et hic numeris aurea facta meis:,

BARTHOLOMEI FONTII ELEGIA PRO ALBIERA ALBITIA AD SISMVNDVM STVFAM

HEctora non semper phrygie
fleuere sorores:
Nec forte antilochum saecu
la terna parens.
Tu semper frustra dulci proconiuge moeres
Sismunde: et frustra numina sollicitas.
Nam postq̃ saeue ruperunt stamina parce:
Non redeunt pretio, non prece, non lachrimis.
hoc manet aeterna lege insuperabile fatum.
hanc sortem instantem fallere nemo potest.
Ergo tuo genio teneris et parce lacertis,
Et madidis oculis, turgidulisq; genis.

Pro te sollicitis hoc presta gratus amicis:
Grandeuoque patri: fratribus et geminis.
Atq; hos marmoreo uersus inscribe sepulchro.
Manibus est nullum gratius officium.
Sismundi stuphae Coniunx Alberia: palmam
Cui morum et formae tuscia contulerat:
Delitie quondam, miseri nunc cura mariti
Ante diem thalami morte soluta iacet:-

FINIS
CARMI
NVM

FRANCISCI CASTILIONĒ SIS PRESBYTERI ORATIO AD SIXMVNDVM STVFĀ IN OBITV ALBERIAE

Viri amici ac familiaris offi
cium esse uidetur mi Sixmun
de, cum quid incōmodi luctꝰ
ue aut infortunii amico suo
euenisse intelligit: id quantum consilio ac in
genio ualeat: niti prouiribus ut uerbis aut
scripto: quod permanens ac diuturnius est
consolatione mitigetur. Verum cum multa sint
in rebus humanis factu difficilia: duo potissi
mum arbitror esse: que uix aut magna difficul

tate flecti uel immutari queant. Vnum est uelle hominem ab ea re diuertere: quam quis longo usu longaque exercitatione et mentis habitu iam naturalem effectum esse conspexerit. Alterum est uelle ei uerbis mederi: qui magno aliquo dolore tanquam graui cordis ulcere atque animi perturbatione uexatur: neque enim hic rationes uerbaque admittit, etiamsi a uiro sapiente prolata sint: cum non uerbis aut suasu, que cordi penitus infixa sunt, amoueri consueuerint. Nam cum duo sint in homine que sibi inuicem aduersantur, continuumque inter se bellum gerant, ratio scilicet ac perturbatio animi, quam philosophus passionem appellat: maxima pars hominum, ut uidetur animi potius perturbatione: quam ratione

superatur: quanquam non recte id quidem. Nam cum eam partem qua uere homines sunt, omittant rationem scilicet prudentiam ac sapientiam: alteram qua animales sunt ac beluis similes imitantur et colunt. Quo fit ut pauci admodum sint inter homines: qui rectum uiuendi modum rectamque studiorum suorum institutionem assequantur: pauciores quoque qui aliis bene uiuendi normam ac disciplinam afferre queant. Qua propter difficillimam sane rem aggredior: cum animi perturbationem tui mea uelim oratione tollere: aut certe monitu et castigatione mitigare. Tu enim inter primates ciuitatis nostre nobilitate prudentia, literisque ornatus, patre clarissimo romano equite ac patritio gloriosus: sponsam quam

moribus ac nobilitate animi, non minus quam cor-
poris tibi parem assecutus fueras: ante diem
nuptiarum tibi fato ereptam luges: cui tu
iam summo amoris et caritatis affectu uehe-
menter adheseras: habes profecto causam
tanto luctu: tantoque dolore non indignam:
quę non uerbis non ulla oratione non suasu
aboleri facile queat. A magna spe summe fe-
licitatis: quam tibi ex tam gloriosa uxore
futuram proposueras cecidisti: namque id sane
nec inficiari nec dissimulari nequit. Mihi pro-
tinus tecum in hoc infortunio dolendum esse cen-
seo, plorandum pariter ac lugendum: Sic enim
etiam tuus exaturabitur fletus amicorumque ui-
ro communis effectus citius euacuabitur. Si

hoc ęgritudinis onus quod tibi uni incumbit am-
bo pariter subierimus: diuisum id profecto le-
uius fiet: sic secuti apostoli monita, qui flere
cum flentibus et infirmari cum infirmis iubet:
facilius fortasse quod uolumus assequemur. Sic
magis ut arbitror animi tui ęgritudo mitescet,
citiusque dolor merorque locum dabunt. hoc igi-
tur ratus optimum esse consolationis genus, una
tecum hunc dolorem subeundum esse decreui:
non enim ut dixi leuis est quam fecisti iactu-
ram. Nam cum tria sint in uita hominum
tempora quę magni momenti ac magnę con-
siderationis rationem postulent: Primum id
esse uidetur quod in ortu cuiusque hominis et
natali ascribitur: quod uetustissimi reges ma-

gno apparatu multoque luxu celebrare soliti erant: quod et astronomi plurimum annotare consueuerunt. alterum est circa pubertatis horam: cum uelut e tenebris in lucem: hoc est de potentia in actum cognitionis intellectus hominis prodire uidetur. Tunc enim iam uere incipit esse homo: quod quid momenti habeat pauci animaduertunt: inde nanque sumitur principium rerum agendarum: non enim omne ingenium omnibus rebus est accomodatum. Tertium uitae tempus: cum nouo instituto nouaque electione mutanda hominis uita est: in qua perpetuo usque ad obitum homini persistendum est: ubi multa consideratione ac grauissimo iudicio opus est: quod enim cum egeris reuocari nequit: quo pacto agatur animaduertendum est maxime:

ea in eo genere sunt ueluti siquis se in mancipium alicui dedat: item cum quis se ipsum alicui religioni ac perpetuae castitati dedicauerit aut certe uxorem duxerit. Nam hic q̄ libertatem propriam quodam modo uendidisse censebitur: cum non iam penitus sui arbitrii compos sit: sed in uxoris iura transisse uidicatur. Quam rem siqui sunt qui plane non intelligunt: ab uxoratis doceantur licet. hac ergo [illegible] nouae uitae institutam cum feliciter quis ingressus est: magnam iam bene beateque uiuendi partem est assecutus. Non enim parum refert [illegible] bonam quis uxorem ac modestam nactus sit an peruersam moribus et insolentem. In altero enim magna pars foelicitatis est: in altero magnum incomodum

et calamitatis initium. Videtur preterea id quod
homini foelici necessarium est, quod aristotiles
testatur: ut scilicet amicum habeat qui cum om
nia sua consilia communicare possit; quique siue
foelicitatis siue infortunii particeps esse possit:
id in optima uxore maxime conuenire. Nam
si prudens et frugi erit: erunt in ea omnia, que
in uera perfectaque amicitia esse diffiniuntur ut
utilis ac suauis et honesta sit. Quantum enim
conducat rei familiari uxoris frugalitas exper
imento docemur. cum nullum sit tam amplum
patrimonium: quod prodiga et luxuriosa mulier
breui dissipare non possit. Quapropter in
ter foelices ac fortunatos is merito collocabit:
qui bonam modestam ac sapientem uxorem

assecutus est. est enim id profecto dei altissimi do
num ac celeste munus: Salomone id uiro sui
temporis sapientissimo asserente. Domus inquit
et diuitie dantur a parentibus a domino autem pro
prie uxor prudens. Magnam igitur partem ciui
lis foelicitatis te consecuturum sperare poteras.
ex hac tam prestanti coniuge, omnique ex par
te clarissima. Erat enim in ea primum ex pa
terno simul ac materno genere ingenuitas
ac nobilitas summa diuitieque amplissime: erant
honestissimi mores: erat species egregia ut ac
cepi formaque pulcherrima: que animi pulchri
tudinem ostendere solita est: erat ingenium
mite ac modestissimum. in quo animus uiri
facile conquiesceret. Ornabat preterea haec

omnia summa pietas fidesque in christum integer
rima. hec enim uirtutum omnium in muliere pre
sertim ornamentum est maximum: et tanq̄ totius
probitatis consumateque uirtutis extrema manus.
De muliere enim scribit sapiens fallax inquit gra
tia et uana est pulchritudo: mulier timens deum
ipsa laudabitur. hanc igitur unice abs te dilectam
tam egregiam forma tam moribus inclytam: pru
dentem modestissimamque omni denique uirtutum
genere ornatam una tibi mors Sixmunde sustulit:
magnumque tibi eisque omnibus quibus hic commu
nis est luctus uulnus inflixit: qđ non longissima
etiam etate: uel cuius certe cicatrix nullo unq̄ tem
pore facile aboleri queat. Non poterat sane meo
iudicio maius tibi ac presertim etate: non dicam

incommodum. sed infortunium euenisse. hec sunt
illa atrocia tela acerbissimaque uulnera. que secum
semper seua mors afferre consueuit. Ea enim nemi
nem mortalium reueretur: nemini parcit: non eta
ti non dignitati: non numero: nullis denique precibus
non incōmodis nostris aut infortuniis mouetur.
Sed ubi seuire iam ceperit: nullo habitu delectu
obuium quenque obtruncat: et assumpta seuissima
atrocitatis falce proxima queque metit gladio: in
clytasque persepe ciuium domos ac magna princi
pum regna subuertit: eumque nonnunq̄ qui glo
riosissime in throno residet: uno ictu a sublimi
sede facile deturbat: breuique momento omnia im
mutasse conspicitur. Animaduerti ego satis accura
te: sepiusque mecum animum colligens intellexi

ex uno quandoq; homine omnia pendere: qui si-
mul ac morte sublatus est cadere omnia mutariq;
uidemus: non stant eaquę paulo ante florebant: non
opes: non domus, non dignitates: non emolumenta:
non amicitię ipsę in posteros, non clientelę: non
sunt illi fauores qui dudum: non idem amicorũ
uultus: non animi deniq; ipsi. hęc enim omnia ut
experimento docemur: unius persępe obitu uiri
facile mutantur. Tantum potest seuissima mors
tantumq; momenti habet in rebus humanis, et in-
his quę uarietati ac mutationi subiecta sunt. In
illis uero quę ab omni motu seiuncta sunt, in quib;
nullę sunt rerum uicissitudines: nulla mutatio:
mors locum non habet. Apud illos enim qui iam
perpetua stabilitate et immortalitate donati sunt.

non dominatur mors: ibi absorta est mors in uictoria.
ut ait apostolus: ibi integra perpetuaq; bona ab omni
semota mutatione donantur: ibi solidę sincereq;
sunt uoluptates: ibi letitia sempiterna sine luctu.
non illic labor aut calamitas. non dolor aut ulla
ęgritudo animi adesse potest: illic omnia deo ui-
uunt: in perpetuasq; ęternitates omnia redacta sũt.
Illic etiam albiera tua: ut iam receptui canamus.
luctumq; penitus abiicemus, inter sanctarum
uirginum choros computata summa immortali-
tate gloriatur. Sic enim de illa sperandum nobis
est: cum ipsa uirgo integerrima nec adhuc ullo
maritalium uoluptatum infecta contagio: omnib;
ecclesię sacramentis initiata: et sanctorum orati-
onibus fulcita ex hac luce migrauerit: cum ad

suum sponsum christum inipso transitu directum cor semper habuisse referatur. Cognita sunt tibi eius uerba sanctissima: quę in ipsa iam grauescente ęgritudine proferebat. Erant enim omni pietati sanctitatique conuenientissima. Non poterat interesse pater tantę calamitati: abdicabatque se a conspectu filię: quam in atrocissimis doloribus mortis constitutam pręanimi amaritudine intueri non poterat. At illa quę inuicto ac constanti animo iam ad futuram uitam atque immortalitatem se accingebat: uocari ad se ipsum patrem iussit. cumque ad suam mortem ęquo animo perferendam, eiusmodi hortata est uerbis. quę uel constantissimum philosophum decere uiderentur: teque eius sponsum omnesque caros pari oratione consolabatur. Vide igitur mi Syxmunde quam pręclare cum illa actum sit: optabat illa ad summum

bonum summamque beatitudinem ocius peruenire: quis enim non optat compos mentis? hoc nanque cuique natura insitum est: ut per se quilibet summum bonum totis animi uiribus affectet. Sed in eo fit error. quod alius aliud quisque ad id quod uidetur aut arbitratur defertur. Vt enim omnes homines natura scire desiderant: Sic ex insito naturalique principio. ad id quod bonum est, aut bonum uidetur: desiderio feruntur omnes. hę nanque sunt geminę humani animi potentię: intellectus scilicet ac uoluntas: quę ab obiectis propriis perficiuntur. Vero nanque intellectus bono uoluntas trahitur. in eoque perficitur ac quiescit. Sed in hac uita integre id fieri nequit: cum nullum hic habeat obiectum humanus animus. quo integre ac perfecte illustretur. Neque enim in ullo fini

to bono conquiescit humana mens. Ad summum
infinitumque bonum qui solus deus est perue-
niat necesse est: eo cum accesserit iam quiescit:
ibi fruitur obiecto proprio: a quo perfici mens
humana illustrarique a natura ipsa instituta
est. hic autem omnia imperfecta sunt et manca:
nullum hic integrum solidumque bonum: nulla
sincera uoluptas: nulla denique quies: nulla sta-
bilitas. Quod si quis in uita hac qua uiuere dici-
mur, fortasse non uere, in aliquo finito bono
quiescere innitique conetur: ab eo quod sibi pro-
posuit frustretur necesse est: qui hoc non sentit
nihil sentit. Queruntur hic opes. honores: regna:
queruntur uoluptates: queruntur magistratus
imperia: que cum omnia parauer is: adhuc alia

desideras: quibus etiam partis non quiescit ani-
mus. Non enim in aliquo preter ipsum deum ex-
aturatur humanus animus: Ab ipso uero summo
bono: cum quis ad id semel pertigerit, nulla ratio-
ne diuelli potest: nec alio se uertere potis est: idque
non ui aut coactione uictus facit: sed per se ex prin-
cipio interno: potentia enim humani animi a
nullo nisi a proprio obiecto perfici saluarique po-
test: in quo perfecte quiescit: a quo auocari ulla
ratione non potest. Nihil est enim illo preclarius:
nihil sanctius: nihil melius: nihil suauius. Est
igitur in ea patria et liberum arbitrium: et nul-
la tamen est peccandi facultas. hic autem cum
omnia finita sint bona et imperfecta: ab uno
in aliud fit migratio in nulloque datur quies:

aut uera fruitio. Et siquis querat que sint illa
tam magna bona: tam ampla: tam perfecta: que
in alia uita parata sunt. audiat apostolum pau
lum dicentem. Nec oculus uidit: nec aurus audiuit:
nec in cor hominis ascendit: que preparauit deus di
ligentibus se. Ex quo aperte intelligitur: ea que nu
date a corporea mole humane menti offeruntur
bona. non eadem esse profecto: nec eiusdem gene
ris: qualia sunt hic apud nos. Est enim ut plane
intelligi potest: utque acutius in eo libello quem ad
marsilium scripsi: ubi de immortalitate animorum.
agebatur. disputatum est: uis quedam animi, eaque
suprema et maxima: que quidem potentia propter
absentiam obiecti sui qui deus est nunc sopita est.
Tunc autem excitabitur. cum ei apparuerit christus
uita nostra: quo perfici sicut oculus luce, illustrarique
solo potest: ex quo facile intelligitur: quid sit uita
eterna: et in quo consistat summa hominis felicitas.
Nihil est enim aliud quam apparitio diuine uisionis su
meque bonitatis humane menti facta: qua anima il
lustrata perficitur simulque integra et perfecta uo
luptate perfruitur. Quibus uero ea nobilissima ui
sio subtracta fuerit: remanet oculus humane men
tis in tenebris ignorantie. obscuritate malignitatis
septus. mortique addictus. haud aliter quam oculus corpo
ris cassus lumine. qui cum proprio uidendi officio
caret non immerito mortuus dici potest. Preclare
igitur cum albiera ut ante dixi actum est que in
tegra intemerataque uirgo nullis adhuc malis infe
cta contagiis nullisque terrenis affectibus uitiata.

una cum sponso suo quem in sacramento accepe
rat ad uitam migrauit immortalem: immarce
ssibilem suę uirginitatis gloriam adepta. Illic
sanctarum uirginum permixta choris ingenti
exultat letitia. summaq; in obtutu sui sponsi
christi uoluptate perfruitur: cui si detur optio:
ut ad hanc nostram quam reliquit uitam redeat.
nunq̃ profecto assentiatur: etiam si multo hic
plura maioraq; bona q̃ antea hic habuerat:
se habituram esse sperauerit. Talis
enim est huius uitę conditio: ut cum eam tenes:
amittere nolis: cum autem semel migraueris.
iam ulterius redire contemnas: cum quis pre
sertim in fide et amore sui creatoris abscesserit.
Non igitur iam lugendum tibi est in hac tam foe
lici tamq; gloriosa migratione albierę: nisi forte ei
us inuides foelicitati. Si uero illam egregie uniceq;
amabas: eius tibi est prosperitate gaudendum.
optandumq; ut cum nos quoq; imperator noster
ex hoc corporis ergastulo uelut e castris exire man
darit ad eum nos locum deducat: ubi albieram tu
am collocatam esse non dubitamus. Curandum est
tamen: ut si forte quod nos lateat aliqua leuissi
ma labe infecta discesserit, ob quod lustratione
orationum siue elemosinarum egeat: nostra ei ubi
opus est spiritualia subsidia non negentur. hęc
sunt mi Sixmunde quę breuiter a uiro amico ac
sacerdote in obitu uirginis huius scribi decere ui
sum est. Scripsere alii docti uiri eleganter ornaru
ntq; eam uersibus: tum grecis: tum latinis. Nos

pro nostra in te beniuolentia hec pauca pro tempo
re dixisse satis esto. Vale et nos ama: K^lis No
uembr. Mcccclxxiij:-

pro nostra in te beneuolentia hæc pauca pro tempore
dixisse satis esto. Vale, & nos ama: K^lis
Nouembr. Mcccclxxiij:-

MARSILII FECINI EPISTOLA AD SIGISMUNDUM STUFA DE ALBIERA SPONSA VIRGINE PULCHERRIMA

Marsilius ficinus Sigismundo stu
fe suo consolationem dicit
Si quisque nostrum id maxime
est, quod in nobis est maximũ.
quod permanet semper idem, quo nos ipsi capimus,
certe animus homo ipse est. corpus autem est homi
nis umbra. Quisquis igitur usque adeo delirat, ut
hominis umbram, hominem esse putet, hic miser
in lachrimas instar narcissi resoluitur. Tunc desines
Sigismunde flere, cum desiueris albieram tuam
albitiam in nigra eius umbra querere. atque ceperis

eam in alba sui luce sectari. Tunc enim illam tan
to reperies pulchriorem q̄ consueueris, quanto ab
umbra deformi remotiorem. Secede in animum
tuum precor. Ibi animam illius speciosissimam
tibiq; carissimam possidebis. Immo ex animo tuo
in deum te recipe. Illic ideam pulcherrimam per
quam diuinus artifex albieram tuam creauerat,
contemplabere. Et quanto formosior illa in opifi
cis forma est q̄ in se ipsa, tanto eam ibi beatius
amplecteris. Vale die. xvi. sept. Mcccclxxiij.
Florentiae :-

CAROLI MARSUPINI EPISTOLA AD SIGISMUNDUM STUFAM DE OBITU ALBIERAE SPŌSAE SUAE PUELLAE PULCHERRIMAE

Carolus. M. Sismundo stufe.
Ea amicissime Sismunde animo
rum nostrorum natura atq; con
ditio est, ut ueritatem indagan
tes tum demum assequi ualeant, cum in se suamq;
uim penitus conuersi, totam mentis aciem in se ip
sos reuoluerint. Ibi enim res puras ac ueras, non
fucatas atq; fictitias agnoscunt. Quicquid autem
per sensum uel phantasiam inspiciunt, id quidem
totum non nisi corpus umbramq; esse putare
debemus. Que sane non re, sed nomine tantum

existunt. Ac si quo modo esse uidentur. fluxa tamen
caduca. atque fragilia sunt. Quamobrem mi Sisimun
de, si candidam albiere tue faciem, tuis oculis e
reptam doles, si spetiosa illius imago interiorem
sollicitat sensum, si denique amisse pulchritudinis
cogitatione meres. Eia age te ipsum collige, te inquam
corripe. Omitte corpora. Relinque phantasmata.
Intimo prorsus uisu albiere pulchre animum in
nunc pulchriorem require. Reperies mihi crede
non fictam caducamque albieram. Sed meram ac sin
ceram formam, qua erat albiera, clare dilucideque
perspicies. Quod si aliquo diuino correptus numi
ne in illam splendidissimam lucem, qua cuncta lu
cent, nitidum mentis oculum conieceris, eam non
solum omni dolore ac merore abiecto multo pul

chriorem quam antea speculaberis. Verum etiam summa
letitia gaudioque perfusus, illius idea luce magis cla
ra penitus perfrueris. Vale. Florentie :-

HYMNUS IN LAUDEM ALBIERAE ALBITIAE GRAVISSIMAE ATQ(UE) OPTIMAE FEMINAE

Pone iam finem gravibus querelis
Quisquis es nunc Albierae nefandam.
Qui gemis mortem lachrymas nec olim
Funde severas :-
Vos modum tandem numeris piorum
Versuum: quos tam graviter dolentes
Fata prerepte canitis puelle
Ponite vates.
Illa nam sedes habitat tonantis
Et iovis summas: animus quod acer

Unde iam fluxit, repetisse gaudet
Castus olympum
Hic venus letas agitat choreas
Hec: solet que celicolis videri
Nullus hic matri genitus cupido
Turpis inheret.
Ille sed qui res superum deorum
Transferens ad nos hominum pudicas
Efficit mentes cupidus parenti
Grata referre.
Quin triplex numen charites puellam
Semper hanc late comitantur: illi
Virgines sancte fidibus supremis
Carmina dicunt.
Hinc videt nubes. videt astra foelix.

I lla iam nunc subpedibus: nec usq̄
S emouet spernens humiles ab alto
Candida terras
N am iouem spectans ita semper uni
h eret: ut quicq̄ cupide tueri
N olit ex his: que sibi uisa quondam
Pulchra fuisset.
h inc et aspectu fruitur deorum.
h inc poli summos habitat penates:
I nquibus foelix ea semper omne
Viuat in aeuum.
I nde cur sol non alius: sed idem
L ucis auratas agitet quadrigas
N ouit: et flauos sibi cur capillos
Nutrit apollo.

N ouit ut summus uoluit perillum
M ente que tractat deus: hec paterent.
V nde per solem iouis alta nobis
Sensa relucent
E rgo cum sint hec ita. luctus omnis
S it procul: mentes quoniam beatas
M eror incestat lachrimis et atris
Numina uerbis.
h uc rosas plenis igitur canistris
F erte uos huc purpureos colores
h uic piis blandos manibus puelle
Spargite flores
V sq; solemnes celebrate ludos
S ingulos enim memores in annos:
S igna que sint letitie futura

Edite uates.

huic nouos saltus hilarans quotannis

Det chorus uester superis ab oris

Illa sic mandat fieri. supremum

Dicite carmen :-

NALDI DE NALDIS ECTASTICON IN ALBIERAM ALBITIAM MORIENTEM PUELLAM PULCHERRIMAM

Quid iuuat albieram ingeniuz: qd forma: qd etas:

Quid te nobilitas: albitiumq; decus :-

Quid te quod iuueni primati sponsa fuisses

Quid ue pudicitie cuncta dedisse pie :-

Ecce iaces: subito truncant dum fila sorores

Delitiae patris: delitieq; uiri

DISTICON IN EANDEM

Coniuge qd rapta lachrymas Sismunde pudicas

Fundis: sum uulgo mortua. uiuo tibi.

ECTASTICON

Care qd heu coniũx lachrymas ita uoluis inanes
Nil iuuat heu fuerim sponsa quod ante tibi
Nil genus albitium. nihil heu mihi uita pudica
Nil ualet in mortem forma suprema mihi
Quod tamen albiere rapitur in fraude maligna
Viuenti pensent hec tibi fata uale.

DISTICON

Albiere fato iacet hic pia forma seuero
Ante diem misero rapta puella uiro

ALIVD

Mortua sis reliquis quãuis sanctissima coniũx
Ethernum uiues tu tamen una mihi

Albier

ALIVD

Albiere nil triste tulit mihi mortis imago
Vir me sola tui cura molesta premit

TETRASTICON IN EANDEM

Pone modum lachrymis: stygias nam busta tenebras
Cum semel intrarunt non reuocare datur
Nam tua mi genitor satis hec mihi cura fuisset
Tam cito ne rapiar: si modo fata sinant.

DISTICON

Conditur albiere decus hic et forma puelle
Maxima cura uiri: maxima cura patris.

ALIUD

NE pater ulla mei quoquam tibi cura recedat
Mortua, quis putet hoc: nunc tibi uiuo magis.

TETRASTICON

PRo dolor albieram sic te fata impia tangunt
Ausa nefas tantum sic rapit atra dies:
Credideram ueluti formosior una deabus
Protinus extiteras ne moritura fores

ALIUD

SI formosa decens. si sum tibi uisa pudica
Si tibi dum uixi maxima cura fui
Albiere subeat cum nunc pars optima coelum
Me mage: quo melior sum uir amare uelis:

EPITHAPHIA ALEXANDRI BRACCII PRO ALBIERA ALBITIA VIRGINE PULCHERRIMA

EX me nil tutum morti: seuumque morari
Illius imperium, discite posse nihil
En mihi, que poteram forma certare deabus
Finieram et uite uix tria lustra meae
Ingenuo desponsa uiro: fata sanguine gentis
Albitie, audaces intulit illa manus:

AD BVSTVM MARMOREVM

Albiera insigni forma spectanda uiator

Vt paulum sistas, aspiciasque rogat

Duxerit e pario tales si marmore uultus

Docta polycleti praxitelis ue manus.

Ne tamen in terris formosior ulla deabus

Esset: mors iussu me superum rapuit

TETRASTICON

Si mea non etas, mores nec forma genusue

Continuere manus liuida parca tuas

Debuerant saltem lachrymę tetigisse mariti:

Quem propter solum mors mihi dura fuit:

DISTICON

Albiera hic pulchras inter pulcherrima nymphas

Est sita: Gismundi cura gemenda uiri:

DISTICON

Hac uenus et pallas, dyctimna clauditur urna:

Mors quibus, albierę, mors, fuit una tribus.

TETRASTICON

Albiera albitia iacet hic sata gente uetusta,

Olim Gismundi sponsa, dolorque modo

Parque pudicitia formaque puella deabus.

I, nunc atque mori numina posse nega.

TETRASTICON

Quid fles? qd lachrymas coniunx ita fundis inanes.
Vivo tibi albiera. uiuis et ipse mihi
N am resoluta licet iaceant mi membra rogales
In cineres: animo sum tibi uiua tamen.

CONSOLATIO ALBIERAE ADSPONSUM

Nil me solicitat charos liquisse parentes
Nec mea forma genus delitieq; mouent.
S ed tua me tantum pietas dulcissime coniunx
Solicitat: luctus excruciatq; grauis.
A lbieram Gismunde igitur ne semper acerbis
Solicites lachrymis: desine flere diu
D esine me coniunx functam pius credere uita
Mi quoniam nunc est nescia uita mori.

EPITHAPHIA VGOLINI VERINI ALBIERAE FORMOSISSIMAE PVELLAE

Quid mihi nobilitas: qd opes: qd forma: qd etas
Profuit: albieram q breuis urna capit

TETRASTICON

Inspice q fugiat spes uana uolatilis eui
Virginis alberę qui monumenta uides
N on mores: non forma mihi. non profuit etas
Si pius es, madidis flebis amice genis.

EPITHAPHIA ANGELI PO LITIANI PRO ALBIERA

Viua tibi fueram coniunx alberia semper
Cara quidem. nunc sum mortua cara magis.
Debebam uiuens tibi, sed mage rapta. uoluptas
Prima fuit, uerum proxima religio est

TETRASTICON

Viuebam. fato sum rapta alberia. coniunx
Sismundus uitam reddidit ecce iterum
Nam faciem: et claram celato marmore formam
Ingenium et mores carmine restituit.

DISTICON

Mortalis fueram dum uixi alberia coniunx
Sismunde at nunc sum mortua facta dea

DISTICON

Quod tibi uir prima sum rapta alberia iuuenta
Ne geme. cum dulce est uiuere, dulce mori est.

TETRASTICON

Morte una geminam sum nacta alberia uitam
Fama et enim terras spiritus astra colit
Fama olim: numquam sed spiritus occidet, hec mi
Vita quidem semper uiuet, at illa diu.

AD PATREM

Quid quereris genitor? uiuit tua filia cęlo
Alberia. anne deam progenuisse doles?

EPIGRAMMA AMABILII PRO ALBIERA

Albiera albitię et soderinę maxima gentis
Gloria: nam matrem hinc traxit et inde patrem
Dum sponsa est: totiq(ue) urbi carissima / tanti
Ingenium. mores. gratia. forma. pudor.
Ducitur ad choreas / choreis nulla aptior: illinc
Fessa redit: decimo decubuitq(ue) die
Sed pia ne tali penitus priuetur alumna
Patria: morandi spirat imago manu :

ANDRONICI BYZANTII EPIGRAMMA PRO ALBIERA

Ἀλβιόρην ὦ ξένος δέρκεο
τῷδ' ἐνὶ τύμβῳ,
Τὴν δ' ἐξ ἀλβιτίων. τὴν μασίοιο
κόρην.
Τῆς. ἐρανεὸν πανκάρως φῶ
ἄϊδος δ' ἄπτουσκε,
κάρ αὐτὸ πλοκάμοιο. μοῦσα.
χάρις σαφίλε.

ANDRONICI BYZANTII EPI-
GRAMMA PRO ALBIERA

Ὡ σιος μοῦ ὧδε τί κλάεις. τίς
σε θρῆνος εἴκαμει.
Μνηστὴν ἀλβιόρη καλὰ
κάλλενον ἀλβιτιεώμιω.
οἰχομένην νέον ὦ ξένος
πρὸ ἄωρον κλαίω.
Ἀλλ᾽ οὐ τέθνηκεν φίλος.
μοῦνος γὰρ οὔποτε θνήσκει.
νιχωλαος θεῶν δω

EPITHAPHIUM BARTHOLOMEI SCALE PRO ALBIERA

ALBIERAE ALBITIAE MASIUS
ALBITIUS NATAE SUAVISSIMAE
PATER INDULGENTISSIMUS

LECTOR NI PROPERAS : PAUCA
HAEC LEGE · VITA PARENTUM

VITA VIRI CLAUSA HOC MARMO
RE · LECTOR ABI

MORTUA EST FLORE AETA
TIS CUM NUPTIAS VIR AP
PARARET UNIVERSUS PO
PULUS COLLACHRYMAVIT

NATA EST ALBIERA ALBITIA
·XVII·KL·DECEMBRES·MCCCCLVII
HORA·X·

VIXIT ANNIS·XV·MENSIBVS·VII·
DIEBVS·XXVIII·HORIS·XVI·
SIGNIS EXEMPLI MODESTIAE
ET GRAVITA
TIS

MORTEM OBIIT FLORENTIAE
PRIDIE IDVS IVLIAS·MCCCCLXXIII·
HORA NOC
TIS FE
RE·II·

CORPVS SVVM SITVM EST FLO
RENTIAE IN EDE DIVI PETRI
MAIO
RIS

Huius si queris dominum cognoscere libri
Que sunt inferius uerba notata lege. I.C.F.

Jo: Bap.ta Cremata

Ioannes
Baccia

54.